



Croquis de disertaciones sobre tesis deducidas del Maestro de las Sentencias

X

TESIS CUARTA DEDUCIDA DE LA DISTINCIÓN TERCERA DEL LIBRO II DEL MAESTRO

(CONTINUACIÓN)

SEGUNDA PARTE.—*Quas quidem species angeli a Deo accipiunt.* Statuendum est angelos indigere speciebus intellegibilibus ad cognoscendum, excepta tamen suis cognitionem, ad quam pervenit per suam essentiam et non per aliquam speciem intelligibilem. Nam intellectus nihil cognoscit nisi per suum simile et species est similitudo objecti, quare cognoscit per speciem. Præterea ut fiat actio, agens et passum debent tangere se vel contactu virtuali, ut quando agens operatur in extremum per medium, exempli gratia, quando sol mediante aere calefacit terram, vel contactu mathematico, quando ex utroque fit unum ut ex specie intelligibili et intellectu fit unum per accidens. Jam vero, ut fiat actio, agens et passum debent uniri, objectum autem movet intellectum ad notitiam sui; quare debent uniri; et cum non possint per se, quia lapis, v. g. non est in anima, unientur profecto per accidens, id est, per speciem, quæ subjecti quidditatem suppleat. Quo Aristoteles insinuavit affirmans, intelligere esse quoddam pati, id est, receptione specierum fieri intellectionem.

Esto mismo enseña Santo Tomás (P. 1^a. q. 55, a. 1). Illud quod intellectus intelligit, comparatur ad intellectum intelligentem ut forma ejus, quia forma est quo agens agit. Oportet autem, ad hoc quod potentia perfecte compleatur per formam, quod omnia contineantur sub forma ad quam potentia se extendit; et inde est quod in rebus corruptibilibus forma non perfec-